

etisdem Ordinis prædicatorum omnia priuilegia concessa, à Sede Apostolica generalibus tam sui ordinis, quam aliorum. Ergo poterit prouincialis declarare q̄ non valet amplius illi fratri suo potestas concessa & cōmissa. Item probatur quia per Breue Adriani. 6. habet Provincialis oninimodam Papæ auctoritatem in utroq; foro, ergo auctoritate Papæ tam magna poterit tollere. Et hæc priuilegia sunt cōmunia omnibus ordinibus mēdicantium, per communicationem priuilegiorum. Constat ergo Prouinciales harum Indiarum plenariā habere auctoritatem ad tollendam licentiam cōmissionem, & auctoritatem utendi priuilegiis sibi concessis, vbi & quando iuste eam tolli debere existimauerint. Dixi iuste, nā sine iusta causa, peccabunt eam tollendo: cum talis facultas sit a Papa: at tenebit factum: quod debent notare fratres, ne a liquido temere attinent. Hæc ex doctissimo patre Illephonso de Noreña ordinis patris nostri sancti Domini ci. q. 6. de Priuilegiis in communi, & ex magistro Alphonso à Veracruce, in Compendio Indico, verbo, Absolutio. Idem prorsus doctissimus frater Emanuel Rodericus To. i qq. regn. & canon. q. 17. art. II.

¶ Fra